



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

21. Conradi Imperatoris Dat. Treuiris, Anno MXXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**



Guntherus Cancellarius, vice Aribonis, Archicapellani recognoui. Data  
quarta Idus Decembris, Indictione sexta, Anno Dominica Incarnationis  
**MXXIII.** Anno vero Domini Secundi Henrici regnantis, vigefimo tertio,  
Imperij autem Decimo. Actum in Triburia, regia villa, Palatio publico, in Dei  
nomine. Amen Amen.



21.

*Conradi Imperatoris Datum Treuiris, Anno MXXVI.*


**I**N nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Conradus diuinâ ordinante  
Clementiâ Rex. Si rationabilibus fidelium nostrorum petitionibus, quas  
pro vtilitatibus Ecclesiarum Dei nostræ Regali Excellentiaæ suggerunt assen-  
sum præbuimus, id nobis ad æternæ vitæ præmium promerendum sine dubio  
profuturum esse liquidò nouimus, vnde nouerit omnium fidelium nostrorum

tam

tam præsentium quam futurorum industria, qualiter Poppo Venerabilis Abbas ex Monasterio S. Maximini, qui in suburbio Treuiroru corporaliter quiescit, quasdam præceptiones nostris obtutibus obtulit, in quibus continebatur, quod Prædecessor noster Henricus videlicet Imperator Excellentissimus ex præfatâ Abbatia Curtes alias & possessiones quam plurimas, usque ad sex millia, sexcentos, quinquaginta sex mansos, ut verius computari potuit, pro-grediens abstulit, & quibusdam fidelibus suis, ea ratione beneficiauerit, ut ipsi & hæredes eorum pro eodem Abbatie, successoribusque eius Regalem Curiam peterent, & in expeditionem irent. Abbas vero, siue Successores ab omni expeditione, & à Regali seruitio Imperiali prædicti Imperatoris constitutione, liberi omnino existerent, relictis videlicet illis & specialiter delegatis quibusdā Curtibus & Villis ac Ecclesijs omnibus vbiunque in S. Maximini prædio iacētibus, cum cunctis salicis decimationibus, vnde necessaria tātummodo suis de-berent procurare fratribus, flagitans nostram Regalem clementiam, ut easdem possessiones, Ecclesijs & Villas ad præbendam Monachorum Deo inibi famulantium pertinentes, illis peculiariter concederemus, & nostris priuilegijs cor-roborando firmaremus. Cuius petitioni propter amorem Dei & reuerentiam B. Ioannis Apostoli & Euangeliſtæ, in cuius honorem idem locus sacratissimus sub Constantino & Helena quondam dicatus esse dinoſcitur, nec non beatissimi Confessoris Christi Maximini, & ob interuentum dilectissimæ Coniugis noſtræ Giselæ videlicet Reginæ, & Aribonis Mogunciacensis, ac Piligrini Coloniensis Venerabilium Archiepiscoporum, & Ramberti Virdunensis Episcopi, ac Thedorici Ducis, aliorumque fidelium nostrorum assensum præbemus, sta-tuentes videlicet, ac hac noſtrâ Regali auſtoritate firmiter præcipientes, ut in Ecclesijs, villis, & possessionibus, quas ad præbendam Monachorum inibi Deo seruientium, prædictus Antecessor noster Henricus pia memorie Imperator Augustus, alijque ante cum Reges & Imperatores, Dagobertus, Pippinus, Ca-rolus, Ludouicus, Lotharius, item Carolus, Arnolphus, Zuendeboldus, nec nō tres Ottones ad peculiaritatem fratrum, sicut in priuilegijs eorū in nostra præfentialectis cernitur, nullam à quolibet iudicarię potestatis violentiam patian-tur, sed vietum inde atque habitum pro noſtræ animæ absolutione, aliorumque Prædecessorum, Successorumque nostrorum remissionem specialiter conse-quantur: Hoc est in Schuabheim, Euerneſheim, Hechnisheim, Brinsenheim, Manneldal, Narheim, Prichina cum omnibus ad ſe pertinentibus, Gunterſhausen, cum suis pertinentijs, quas duas Curtes ad ſagimen & ad femoralia, nec non ad infirmorum, debiliumque fratum curam, & ad ſuſceptionem hospitū ac peregrinorum, pauperumque recreationem, sicut antecessores nostri con-flituerunt, ita & nos ſpecialiter statuimus, decernimus, atque firmamus, ſimili-ter quod in his locis poſſidere videntur, Apula, Scheringesuelt, Alfoncia, Ful-niuel, Holtzhusen, Hockiuesheim, Buckenheim, Symera, Folmarisbach, Pro-ueſteruod, Weldenſtein, Albucha, Brozuoluesheim, Bingen, Decima Vallis, cum suis pertinentijs, Ratersdorff cum suis, Bickendorff, Meisbracht, Okif-heim, Arnolfsbergh, Fraetucis, Riuenacha, Loauia, Windingis, Luckſingis, & in Ciuitate Metensi, & circum circa, domos, vineas, agros & areolas, Et in pa-go Saluigoue, Dincrich, Zuolkurt, Besinga, Item alibi, Wilre, Lucelenkircha, Tauena, Beſsiaco, Druthelinga, Murmeringis, Meroldiulla, Wimari Ecclesia, Grusta, Straſſa, Scranna, Marthedith, & Billiche ac Kriske, Ex his ergo villis, & earum pertinentijs nullus Abbas audeat, alicui libero homini ſive alterius Ec-clesiæ ſeruenti aliiquid beneficiare, aut à præbenda fratrum quoquo modo ab-

alienare, sed liceat inde illi suisque successoribus luminaria Ecclesiæ restaurare, ædificia recuperare, & cætera quæ necessaria, tantummodo sunt fratibus fideliter procurare, statuimus etiam & corroborare decreuimus, vt idem Abbas, sive Successores potestatem habeant, Aduocatias suas per omnem Abbatiam, cui velint, dandi, cui velint iusto iudicio tollendi, & vt Aduocati nullū post se ponere præsumant, qui vocetur Postaduocatus, nec quisquam illorum potestatem habeat aliquā violentiā sive petitione homines grauare, aut placiti præter illa tria iure debita tenere, vel quicquam super Officiales vel Mansionarios, aut ministros, seu omnia lura Abbatis constituere. Et vt hoc nostræ auctoritatis præceptum firmum, & stabile permaneat, manu propria corroborantes sigilli nostri Impressione iuissimus insigniri.

Signum Domini Chuonradi Regis inuictissimi. Odalticus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicancellarij recognoui. Data III. Idus Ianuarij, Indictione VIII. Anno Dominicæ Incarnationis MXXVI. Anno autem Domini Conradi Secundi Regnantis II. Actum Treuiris in Dei nomine, Amen.



22.

*Henrici III. Imperatoris Datum Moguntiae, Anno XLIV.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus diuinâ fauente Clementiâ Rex. Cum Regiæ dignitatis officium sit, diuersarum partium negotia piâ sollicitudine præuidere, maximè tamè & magis propriè illius Ecclesiæ

vti-